 runt aliorū (et) populus ille
 (impleuit terram) p̄missio-
 nis et multiplicationem pro-
 lis. **U**mbra eius). i. cura et
 sollicitudo de eis regendis
 (operuit) maiores qui hic dī-
 cūtur (mōtes) ne pro sua vo-
 luntate ipsi agerent: sed cure
 subditorū totalit̄ intēderent
 (et arbusta). i. excrementa hū-
 i⁹ ppli cooperuit (cedros dei)
 .i. altissimos eorū p̄elatos: et
 doctozes: quanto enim ma-
 gis illa vinea siue populus
 crescebat: tanto maiori cura
 ⁊ sollicitudine p̄elati eorū
 occupabantur: et ita vinea
 ista crescendo cooperuit om-
 nes sanctos p̄phetas ⁊ pa-

R. iii.

triarthas cura et sollicitudie
 Et extendit) hec vinea (psal
 mites suos). i. filios suos hic
 iusalē (vsq; ad mar) mediter
 ranēle quo terminat regnuz
 iude (et vsq; ad flumē) ior da
 nis (ppagines eius) filios fi
 lioz. **D**ñe cū tot beneficia
 cōtuleris illi ppulo **U**t qd
 ergo (destruxisti maceriam
 ei). i. custodiam āgelicā qua
 eā vallaueras & subtraxisti p
 tectionē ei (et) exposuisti eaz
 gētib⁹ (vindemiāt eaz) spoli
 ando diripiēdo et ꝑculcant
 (oēs) gētes q̄ iuxta eā sunt.

Exterminauit) extra termi
 nos patrie sue eiecit (eaz) ca
 ptiuādo (aper). i. bēspelian⁹
 immundus fortis zgress⁹ (de
 silua) gētiliatis qui (singula
 ris). i. superbus (ferus) iude
 is (depastus est eaz). i. totali
 ter cōsumpsit. **D**ñe **D**eus
 virtutum) quamuis extermi
 nata sit vinea. et cōsumpta p
 maiori parte vt tamen reliq̄e
 salus fiant (cōuertere) ab ira
 tua: et ꝑpiciare ei (de celo) &
 vide indulgēdo ei (et visita)
 mittendo filium tuū q̄ sanat
 eam egrotātē. **E**t ne peat vi
 nea ex toto **P**erfice eam) i. fi
 De filii tui quā ichoasti i vni

bra legal (quā plātauit dex
 tera tua) ꝑꝑiciatio tua: et
 perfice eā (sup) fidem filii tui
 fundatā et (quē ꝑfirmasti tibi)
 bi). i. tuū zēt filiū naturalem
 oñdisti dicens: hic est fili⁹ me
 us delectus in quo michi bñ
 cōplacui. **Q**ui igne pietatis
 vel cupiditatis **S**uccenti) et
 occultis iūctatib⁹ (suffossi) ex
 eadem gente in xꝑm crede
 re noluerāt (ab increpatioē)
 terribili in die iudicii (vult⁹
 tui). i. filii tui (peribunt) **Q**
 tam diu mali erimus donec
 saluatorz adueniat: ideo.

Fiat manus tua). i. opera
 tio tua oñdatur potentia (su
 per viruz). i. xꝑm qui ad dex
 teram sedet (et super filium
 hoīs). i. virginis scz eandem
 xꝑm qui ita est filius dei: vt
 etiā sit filius virginis (quē cō
 firmasti tibi) supra est expo
 situm. **H**oc fac vt orāui. **E**t
 non discedimus) per aduersi
 onem a fide ultra qui ꝑius
 discedim⁹ (ꝑuificabis nos)
 vita gratie in ꝑfiti: et glorie i
 futuro (et nomen tuū inuoca
 bimus). illud. scz nomen quo
 deus ꝑē appellaris: inuoca
 bimus edocti a filio tuo q̄ in
 stitutiōe salutari nos docuit

lic opare: pater n̄. r̄. **D**ne
 de^s virtutū cōuerte nos) ad
 te p̄fecte diligēdū (ōnde facti-
 em tuā) p̄ apertā v̄sionē (et
 salui erim⁹) q̄ in clarā v̄sionē
 dei et perfecta fr̄uitione con-
 sistit eterna salus nostra.

Argumentum.

Psalmus. lxxx. i q̄ monet
 vt cōtemptis terrenis ad ce-
 lestia mente ascendamus.

Introductio.

Apx ecclesie. o fidelis.

Exultate cor⁹
 dis deuotione)
 deo) qui nos iu-
 uat in omnibus p̄surd⁹ n̄tis
 (iubilare) iexplicabili leticia
 (deo) populi fideles designa-
 ti p̄ (iacob) q̄ fuit ver⁹ cultor
 dei. Et vt possitis exultare &
 iubilare) **S**umite (sequentia
 instrumēta musicalia. i. psal-
 mū). i. bonā opationē (& da-
 te) deo (timpanū) id est iac-
 dē cū vestre carnis mortifica-
 tione: et his duob⁹ adiūgare
 (psalteriū iocundū cū citha-
 ra) id est deuota oratio. **B**u-
 cinate) id est annūciate aliis
 laudez alta voce (in insigni)
 festo turbarū id est in iuoca-
 tione vestri que p̄ septiformē

gratiam sp̄s sancti fit. i. p̄e-
 conali voce cantate est noue
 regnationis gaudia fueritis
 consecuti: q̄ vobis d̄z esse ma-
 gna solanitas **I**deo (buccina-
 te) i p̄dicta solēnitate. **Q**
 p̄ceptū est in israel) illis ad
 litterā nobis sp̄ualiē (&) si ne-
 gligitis timēduz est vobis q̄
 (iudiciū est deo iacob) q̄ p̄e-
 ceptū enim illud datū est p̄-
 euz qui est futurus iudez. **A**-
 lud p̄ceptuz. i. legē. **D**oluit)
 d̄ns in yp̄lo iudeoz designa-
 to hic p̄ (ioseph) cito post exi-
 tū de egypto que lex esset illi
 (testimonium quid esset faci-
 endum: et quid timendū: vñ
 de sequitur (cum) ille popul⁹
 (exiret) de egypto (linguam
 quam non nouerat audiuit)
 i. legē **A** mouit) d̄ns (dorsū)
 populi israelitici) ab oneri-
 b⁹ luti & lateris q̄bus p̄me-
 bat in captiuitate egypti cu-
 ius populi (manus seruiērūt
 in cophino) cogebantur enā
 in instrumētis portare fīmū
 et feces de ciuitatibus.

Propheta in persona dei
 recolentis beneficia p̄sti-
 ta populo israel vt grauior
 estimetur eius offensa di-
 cit. **I**n tribulatione dure

R iiii.

Psalmus. lxxx

seruitutis tue (inuocasti me)
 ut liberarēte (et liberaui te) d
 captiuitate educēdo (et exas
 diui te in abscondito) angustie
 tue: et tēpestatis. qm̄. I. audie
 tib⁹ egyptiis ad me gemere
 nō audebas et etiā pbauī te
 apd aquā tradididisti) ubi d
 potētia mea. i. bonitate te re
 peri dubitātē. Hec bona oīa
 feci tibi: et iō. Audi) o (popu
 le me⁹) et intellige et testis ero
 veritatis q̄tra te si legē meam
 trāsgress⁹ fueris (isrl̄ si audie
 ris me) obtēperādo p̄ceptis
 meis (nō erit i te de⁹ recēs)
 deus n̄ nūq̄ fuit recens nec
 nou⁹ in tpe fact⁹: s; antiquis
 simus sp̄ ab eterno: et i eter
 nū (nec adorabis deū alienū)
 qui noīe et nō essētia siue na
 tura sit de⁹. Nō adorabis di
 co deū alienū. qm̄ Ego sum
 diis deus tuus q̄ eduxit te de
 terra egypti) et nō ali⁹ (dila
 ta os tuū) ad petēdū tibi uti
 lia (et implebo) d̄sideriū tuū
 Ego sic amonui eos (et) th.
 Nō audiuit pplus q̄ (me⁹)
 deberet esse p̄ admirationem
 meā et israel nō intēdit michi
 ingrat⁹ tot b̄ficiis. (Et) q̄a
 attēdere noluit. iō. Dimisi
 eos) ut p̄ suo libito ad omnes

sui cordis voluptates ferāt:
 et ipsi subtracta gr̄a meābūt
 in peccatis enormibus: et es
 roxibus ab eis nouiter iuuē
 tis: Sic eos dimisi: sed si po
 pulus meus audisset me) cre
 dendo et ipse fact⁹ verus (is
 rael si in viis meis ambulaf
 set) p̄cepta mea obseruando
 Pro nichilo forsitan) .i. ve
 re absq; vlla difficultate (ini
 micos eorū humiliasset) eos
 ad nichilaz redigendo (et su
 per tribulantes eos) osten
 disse[m] potēciam (meaz) eos
 interficiendo. ¶ Propheta
 de eorum eterna damnatiōe
 loquens ait. Inimici domi
 ni) .i. iudei qui deberent esse
 amici (mentiti sūt ei) non red
 dentes p̄missa quib⁹ se ad
 p̄cepta omnia eius implē
 da bonis pollicitationibus
 obligauerunt: et ideo (tem
 pus) p̄nitionis eorum erit
 in eternum. Et merito veni
 unt damnandi: quia de⁹ Qi
 bauit illos ex) intima medul
 la (frumenti et saturauit eos
 de melle) fluente de petra: in
 rupibus enī illius terre erat
 mel in copia.

¶ Argumentum.

¶ Psalm⁹. lxxxi. in quo mo

net credere christum verum
deum et verum hominem
esse.



D^eus factus

homo) stetit in synagoga (id est conuentu iudeorum bonorum) quos deos dici: iuxta moysen illam quo dū dicūt q̄cūq; magni viri: i medio horū (deorū stetit) x̄ps i assumpta natura: sc̄bz illd: medi⁹ aut̄ vestrū stetit (i medio aut̄ dii iudicat) .i. discernit bonos ac iustos: q̄ maiestatis sue monita fidēq; secuti sūt a malis. ¶ Ad iudices accusans eorū prauā consuetudinē ait. Usq; quo iudicatis iniquitatē) 2 tradicētes legi quaz vobis dederem prophetas iniuriis: afficitis quos vobis miserā (vltq; quo extēdit (iniquitatē) iudicii vestri q̄ iniquū iudiciū facitis sup me q̄ propter vos veni q̄ vobis tāta bona feci: quē ocidere disponit: et vos o minores quare consētitis iniquis iudiciis maiorū quare cū insipientib; insanitis? Nolite ergo iudicare iniquitatem: sed iudicate) recte. l. x̄pm (egenū) qui semper terrenas sa-

cultates cōtemplit: q̄ cū esset diues: p nobis factus ē pauper (et pupillū) qui sibi p̄sidiū non quesitū in terra: iudicate dico vt cū liberet (et humilez & pauperē) id est iustū omdite et p̄dicatē. Et vos minores qui plures estis.

¶ Cripite pauperē et egenū) x̄pm. l. de manu maiorū ne p mittatis eū ampli⁹ capi: & (d manu) inde q̄ iuste p̄secutus est eū (liberare. Ego ita monui eos: s; tñ ipi. Nesciēt) nō cognouerūt x̄pm: et quare hoc: qz (nō intellexerūt) .i. nō crediderūt: scriptū est enim nisi credideritis nō intelligitis & quare hoc qz (i tenebris ābulāt) in obscuro vitior. et cecitate infidelitatis detinebantur. ¶ Et signū dās p̄pheta iudeis quo agnoscant x̄pm ait. (mouebūtur oīa fūdamēta terre) nā i eius morte terra mota est: et petre sc̄ise sūt. ¶ Et tñ Ego dixi si vultis credere et mādata dei custodit (dū estis) participatiōe grē mee ¶ Mira dei gracia cum solus sit virt⁹: et substantialiter deus inde p̄stare participium nominis sui hominib; et filii excelli (oēs)

pet gratiā: et adoptionē omnes. scilicet qui sanctis iussionibus acquiescunt. Verba defle-
 ctit ad impios dicens. Vos autem impii et increduli nō
 eritis sicut dii uiuentes vita
 eterna: sed (moxiemini sicut
 hoīnes) peccatores in peccō infi-
 delitatis: et vos maiores su-
 perbiaz uestraz in christuz ex-
 ercentes (cadetis) in pfun-
 dum inferni: ita irrecupera-
 biliter (sicut vnus de p̄ncipi-
 bus). id est dyabol⁹ qui de
 celo proiectus corruit: et pe-
 nā sue peruerſitatis inuenit
 Vos q̄dē cadet: s; tu Deus
 exurge) d̄ sepulchro (iudica)
 terrenos illos iudeos dāna
 eos q̄ ita te crucifixerūt (qm̄
 his) repallis (tu hereditabis
 in oībus gentibus) pro vna
 iudeozum gente q̄ tibi quon-
 da; hereditas peculiari ex oī-
 bus mūdi natiōib⁹ fuit: he-
 reditatē accipies oīis gētes

Argumentum.

Psalmus. lxxxii. in q̄ mo-
 net iustos ad patientiam.

Introducō.

Propheta p̄uidens chri-
 stum in maiestate magna vē-
 turum ad iudicium et admi-
 ratus ait.



Omīe quis

(similis erit tibi)
 cum ad iudicium

in maiestate tua magno an-
 gelozum exercitu comitante
 venies: nullus (ne taceas)
 dare in impios suam ite ma-
 ledicti in ignē etnā (nec) aliq̄
 miseratiōe p̄pelcaris) aut mi-
 tescas a vindicta eozū: sed cō-
 p̄ie eos pena etnā. ¶ Pro-
 pheta de p̄secutiōe ātixpi fu-
 tura loquēs ait. Ne taceas
 dñe dico. Qm̄ iūmici tui) an-
 tixpi mēbra tumultuosis se-
 ditionib⁹ (sonabunt) cōtradi-
 cēdo doctrine tue. ⁊ detrahēs
 do tibi (et q̄ oderunt te extol-
 lent caput) sibi. scilicet antixpi; qui
 tanta potestate gloriabit vt
 se et deū p̄sumat dicere excel-
 sū. Sup̄ pplm̄ tuū xpianuz
 maligno aīo sūt cōsiliati ad
 ppli tui depeſsionē ⁊ non tñ
 sūt p̄siliati: s; etiam cogitauerūt
 rūt) q̄s eozuz peiorē sentētiā
 possent dare cogitauerūt di-
 ctū: non tñ aduersus medio-
 cres: s; (aduersus sanctos lu-
 os): Et exhortantes se inui-
 cem in suo consilio Dixērūt
 venite et disperdam⁹) popu-
 lum christianum (de gēte) id

est mudo (et non memor est nomine israel). i. nomine christianum ultra. Et ostendens bene erit eis tanta fiducia operandi malum dicit. Quia erunt multi & vna nimes. quia (cogitauerunt simul) multi studiose omnes in vna prauam nocendi voluntate concordantes (disposuerunt aduersum te) pactum firmum ut adu nato studio persequantur sanctos tuos: omnesque qui ab eorum errore dissentiant: & (disposuerunt) ad hoc homines terrena amantes: & sanguinem sitientes prauos impios qui per habitates (in tabernaculis ydumeorum & hismaelitarum) designant secundum eorum interpretationes. Propheta commemorat inimicos christi sub vocabulis gentium que pugnaverunt israel iuxta interpretationes eorum. Moab: id est homo abutens lege (agar) id est homo alienus a deo: (gebal) homo simulans humilitatem: (amon) populus turbidus furiosus: (amalech) homo lingens terram. scilicet fallaciter blandiens philistum qui hic dicantur (alienigenae): interpretatur cadentes potione. id est homines ebrii diuitiis et prosperitate seculi (cum ha-

bitantibus tyrum) quod interpretatur angustia per quod possunt intelligi possidentes et amantes terrena: propter que multum angustiantur iste sunt gentes que disposuerunt inter se fedus pugnandi contra gloriam nominis tui contra sanctos tuos ecclesiam tuam. Et enim asseritur quod interpretatur elatus superbus: & significat dyabolum (quod veniet cum illis) malis ad perfectionem fidelium: et hi omnes operante in se dyabolo (fieri sunt in adiutorium filii loth) quod interpretatur declinans. i. in adiutorium satellitibus dyaboli qui a veritate declinavit. Ita ista disposuerunt contra te & tu domine. Hac illi sicut fecisti populis illis persecutoribus populi tui israel. scilicet (madian) et (silar) sicut iabi quos omnes mirroculose debellasti per populum tuum israel iuxta (torrentem cyson). Disperserunt iuxta fontem (endor & sciti) sunt ut steterit terra) quia eorum cadavera prostrauerunt quia remanserunt inssepulta super terras. Donec prosterne et disperse (principes inimicorum) populi christiani sicut oreb & zeb & zebes & salmana (quos etiam miraculose debellasti per gedeo;

nē et trecētos viros cum eo.
 Depone ēt dñe. Oēs p̄ci-
 pes eorū (Qui dixerūt) ore et
 ope (possideam⁹ s̄ctuarium
 dei). i. ppl̄ s̄m (dī) et heredi-
 tatē. De⁹ meus pone illos
 vt rotā vt ī ifernū celerrimo
 cursu deuoluant (et sicut sti-
 pullā ante faciēbēti) vt sicut
 stipula oī vēto circūfert: ita
 illi vbiq; disp̄gant. P̄teci-
 ta mala sentiāt ī p̄nti: in alia
 vero vita. Sicut ignis q̄ cō-
 burit siluā ex magna poten-
 tia (et sicut flāma cōburens
 mōtes) ex ardoꝝis vehemen-
 tia. Ita p̄leāris illos ī tem-
 pestate tua). i. in iudicio qđ
 subito quasi tēpestas veniet
 et in die vidicte tue offides te
 eis iratum penā eternam eis
 inferendo. Propheta post
 q̄ petiit dānationē malozū;
 mō petit cōuersionē saluādo
 eū dicēs. Imple facies eorū
 .s. p̄secutorū q̄ p̄uēsi sunt ad
 salutē (ignominia). i. fac eos
 sibi et aliis ignominiosos vi-
 dere et erubescant de pctis
 (et) sic (q̄rent nomē tuuz dñe
 vt fiāt xp̄iani qui ante erant
 obstinati. De malis obsti-
 natis q̄ conuertit nolunt ait.
 Erubescant) de turpitudinē

bus suis (et turbētur) de pe-
 nis duraturis (in seculū secu-
 li et sfundantur) in aīa et coz-
 poꝝe (et pereant) eternis tor-
 mētis. Et tūc saltē (cogno-
 scāt) p̄ experiētiaz pene infli-
 cte (q̄) zuenit (tibi) veraciter
 hoc (nomē dñs). i. magnitu-
 dinē tue potētis: cognoscant
 ēt q̄ (tu solus altissimus) su-
 per oēs terrenos qui potens
 es cōuersis p̄cere et obstina-
 tos eterna vltione damnare

Argumentum.

Psalmus lxxiii. in quo
 monet ad amorē eternoꝝum.

Propheta in p̄sona ecclie
 ad supernā hierusalē perue-
 nire cupientis ait.



Quam id ē val-
 de amabilis pa-
 tria celestis: o (q̄)
 desideria (tabernacula tua)
 valde p̄ciōse: speciose et luci-
 dissime sūt mansiones tue (o
 domine) angeloꝝum (concu-
 piscit aīa mea) intrare (ī atria
 tua) et languet p̄ desiderio q̄
 actu nō ingredit. Aīa mea
 et caro mea exultauerūt) de
 spe p̄ueniendi (ad deū viuū)
 Et enim) dñe si (passer) que-
 rit (sibi domuz) in qua p̄ma-

neat (& turtur) sibi (nidū) que
 rit (vbi reponat pullos suos)
 quanto magis hō rōnis ca-
 par d; querere locū vbi per-
 petuo quiescat q̄ nō est alius
 nisi tu de^o i quo solo pōt quie-
 scere cor humanū (nid^o) autē
 quē cōcupisco inuenire: sunt
 Altaria tua dñe virtutum)
 mansiones tuorū sanctorum
 vbi iugiter tibi offerent sacri-
 ficia laudis (rex meus) q̄ me
 regis in via euntē ad illa al-
 taria (i^o de^o meus) qui ad hoc
 creasti. Nec mirū si cor meū
 & caro mea exultāt d̄ hoc qm̄
 Beati q̄ habitant in domo
 tua) celesti (dñe i secula secu-
 lorū laudabūt te) qz incōpre-
 hensibilis pulchritudo diui-
 nitatis sanctis tuis plens sp̄
 erit. Ostēdit quo auxilio per-
 ueniat ad domum dei di-
 cens. Beatus vir) spe in hac
 vita est qui h; (auxiliū a te)
 qz alias nō pōt cū beatitudo
 illa oēm excedat creatam fa-
 cultatem per qd̄ auxiliū gē-
 tue (ascensiones disponit in
 corde suo) virtutibus quib⁹
 tanq̄ gradibus virtutum ad
 domū celestem ascendere me-
 reatur (disponit) dico (i valle
 lachrymarū) p peccatis loc⁹

(quem) deus homini ad me-
 redū (instituit). Et enim) ta-
 libus (dabit benedictionem
 suam) xps (legis) euangelice
 latoz & isti (ibunt de virtute i
 virtutē) semp̄ pficiēdo i aug-
 mento gratie donec perueni-
 ant ad vitā eternā que consti-
 tit i plena visione (dei) & san-
 ctorū suorum. ¶ Prophe-
 ta orat in persona xpi fidelium
 associari beatis dicēs. Dñe
 de^o virtutū exaudi orationē
 meā) dādo michi illas virtu-
 tes p quas ascēditur ad te vi-
 dendū cito (pripe) orōnē me-
 am (o de^o iacob) ¶ Dñe deus
 p̄. ¶ Proptoz nē aspice) ad
 preces n̄as acceptando eas
 et si non propter nos: saltem
 respectu meritorum filii tui
 qui ē ymago tua. Ideo o do-
 mine deus cupio peruenire i
 domū tuam. Qz melioz est
 dies) illa que (vna) est conti-
 nua & eterna cui nunq̄ succe-
 dunt tenebre (in atrijs tuis)
 in habitatione celesti (super
 milia) annozū transeuntium
 ¶ Et vtd ad illa atria merear ad-
 mitti. ¶ Elegi abiectus esse) in
 humilitate viuere hic in eccle-
 sia militante (q̄) diuitijs ho-
 nozibus hui⁹ seculi abūdere

Psalmus .lxxxiii

inter peccatores. Hoc autē ideo
elegi. Quoniam misericordiam et veritatē
diligit deus) misericordiam peccata
condonando veritatem vera-
citer adimplendo quod promissit
sanctis suis. scilicet (gratiā) in pre-
senti: et gloriā in futuro.

Habit quidē veraciter ser-
uis suis gratiā et gloriā: quoniam
non priuabit bonis) gratie et
glorie (eos qui ambulant) et
perseuerant (in innocētia) talis
nō potest priuari muneribus dei
qui iam hic dona beate conuersi-
onis accepit et ideo (dñe) deus
(virtutū beatus hō) quod sperat
in te) non in rebus seculi trā-
sitoris et caducis.

Argumentum.

Psalmus .lxxxiii. in quo mo-
netur per fidem accedere ad christum ut
habeatur eius benedictio.

Introductio.

Propheta preuidens fu-
tura quasi preterita propter cer-
titudinem narrans ait.

Exclamatio:

Domine pater qui quōdam
maledixisti terrā propter peccatum
proximi hominis modo.

Benedixisti
recipienti aduen-
tū filii tui in fide

per quem (auertisti) peccatum propter
quod humanū gens captiuum
tenebat a dyabolo (auertisti
captiuitatē) quia Remissisti ini-
quitatē plebis tue) propter quā fu-
erat captiua per fontē baptil-
matis: et (cooperuisti omnia peccata
eorū) ut amplius nō veniāt in cō-
spectu tuo puniēda. Vere te
misisti quia: o dñe. Om̄em iram
tuā qua humano generi iratus
eras (mitigasti) in aduentu fi-
lii tui: et ira (mitigasti) quia auer-
sus es (ab ira indignationis
tue) **P**ropheta quod dixerat
sciendum orat ut fiat dicens o
deus qui nos per filiū tuū sal-
uare dispōis. **C**onuertere nos)
ad fidem filii tui (et auerte irā
tuam a nobis) quam habes
propter peccatum proximi hoīs.
Auerte et auertas irā tuā quia.
Quoniam in eternū irasceris no-
bis) certe nō: cum parcere et mi-
sereri sit propitius tibi (aut exten-
des irā tuā) pro om̄es (generatiōes)
sucedētes et certe non: quia pla-
cibilis eris in generatione christi.
Non extends irā tuam: sed
Tu deus conuersus) ab ira (vi-
uificabis nos) spiritualiter per
aduentū filii tui (et plebs tua)
uiuificata (letabit in te) secu-
ra de eterna beatitudine. **E**t

vt hoc cito fiat. **O**stende nobis dñe miam tuā mittendo nobis filiū tuū in carne vili- bilē (et da nobis salutare tu- um) quasi amplectendū qua- si possidēdum quasi munere eterne glorie p̄fendū: dabit eum in mēte n̄a celesti dono recipit nullis tētatiōib⁹ au- ferat. **P**ropheta quasi pe- titiois sue cōpos dicit **A**u- diā attēte (qd loquat in me deus meus) p̄ eternā reuelationē ⁊ audiuit qd loquit (pa- cē) annuntiabit michi filium suū q̄ est pax n̄a: nō ad om̄s (loq̄t) pacē s; (i plebē suā) .s. in (sctōs) q̄ dño p̄abili con- uersione placuerūt. Dico in plebē suā .i. **S**up sctōs suos et) sup (eos) oēs q̄ de oī gente quertūtur ad xp̄m. Licet xps pacē locaturus sit sup oēs (q̄ quertētur) ad eū. **V**erū tñ p̄- pe) iudeos qui soli iter alias gētes timere dicebātur deū: q̄ legē eius receperant: xp̄us n̄asceat: et misteriiū redēptio- nis hūane perficiet vt (terra n̄a) p̄missionis hāc gloriā habeat q̄ i ea ex gēte sua sal- uator nat⁹ sit et pacē in om̄s fuerit locut⁹. **M**isericordia ⁊ veritas) simul quenerūt i ad

uētū xp̄i: mīa q̄ filius dei ac- sumpsit carnē: veritas q̄ im- pleta est p̄missio scā p̄tib⁹ ve- teris testi de incarnationē filii dei ⁊ xp̄o p̄ suā passionē satis- faciēte p̄ nobis (iusticia ⁊ pax cōcordiā fecerunt. **I**deo cōue- nerūt mīa ⁊ v̄itas et iusticia et pax ⁊ cordiā fecerunt: quia **V**eritas) .i. xps de tra orta est) .i. ex maria v̄gine v̄bū ca- ro factū (et iusticia de celo p̄- sperit) qñ humano gñi peri- clitāti fili⁹ dei mirabili dispē- saūde subueni: vñ seq̄t. **E**t- n̄i dñs dabit benignitatem) .i. gr̄am ispiratē p̄ xp̄m et fa- cultas liberi arbitrii n̄i asp- la illa benignitate (dabit fru- ctū suū) .i. bona opa **L**icet de- us dicat ⁊ sic benign⁹. **I**usti- cia) tñ (añ eū ambulabit) pa- rās ei viā: p̄ma iusticia hoīs est vt puniat se malū: ⁊ faciat se bonū: ⁊ hec est via dei vt be- niat ad eū ⁊ sit i corde ei⁹ (po- net i viā) sic parata vestigia sue imitationis: deus.

Argumentum.

Psalmus. lxxv. i quo mo- net ad orationem.

Introductio.

Chris̄t⁹ ex forma serui ad- patrem ait.



Aclia ad me

audrem) clementie tue (et exaudi me) ut desideria mea cōpleantur inclina dico (qm̄ inops) ab alio non hñs opē (z paup) per me (sū) ex parte hūanitatiss loquit̄ q̄ ex se nichil habere potest nisi qđ largitate dñitatis acceperit. In hoc exaudi me p̄. Custodi aīam meā) et meozū ab oib⁹ scādalis cōtra insidiatores (qm̄ sc̄tus sū) i me z mei ēt sūt sc̄tificati in baptismo (saluū me fac) q̄ ex obediētia tua formā serui acceperit meos q̄ tibi vnanimiē seruiūt (de⁹ me⁹ sperātē i te) Misere mei dñe qm̄ ad te clamaui) pseuerant z istāter (letifica aīaz serui tui) q̄ multis amaritudinib⁹ tristat liberādo me ab eis (qm̄ animā meā leuau) p deuotionē z ardetē mortē nō deozū declinaui ad trā: s; leuau ad tebbi ē ha leticia: et sine fine securitas. Nō aīam meā leuau ad te. Qm̄ tu dñe suavis es) qz post amaritudinē hui⁹ seculi dulcis es ad te recurrētibus (mitis) quia diu sustines peccatores et copiosus in misere-

ricordia: qz licz sint innumerosa nra p̄tā: multo abūdātiōz ē tua pietas q̄ tot relaxat offensas oibus inuocātibus te Ideo. Aurib⁹ p̄cipe oīone meā et itēde voci deprecātiōis mee) dando effectum oīonis mee quā p me et meis fundo Tpe tribulationis mee clamaui ad te) s. n. oī tpe de⁹ sit exorādus enixius tñ in tribulatiōe est inuocād⁹ (qz exaudisti me) p tua clemētia p̄eritis t̄pib⁹ i aliis meis p̄cib⁹. Merito clamaui ad te: qz o dñe. Nō ē litis tui i diis) .i. i p̄tātib⁹ hui⁹ seculi siue in celestib⁹ creaturis. s. nec nobilitate subere nec in magnitudine potētie nec i magnificētia ad miracula opoz tuoz z gñalit̄ nō est q̄ similis sit tui ad quē clamare potuissem vt me statim liberare potes p̄ tua volūtate. Vere n̄ ē aliq̄ similis tui: qm̄ Oēs gētes) .i. aliq̄ de oī gēte (veniēt) p fidē de cultu suo ad tuū cultū te adorātes z venerātes (et glorificabūt nomē tuū) .i. glorio sū p̄dicabūt. Vere n̄ ē tibi similis. Qm̄ magn⁹ es tu) cui p̄tāti nullatenus valet aliqđ cōpari q̄ nulla mutabilitate

eduertitur: semper in nature
 sue gloria p̄seuerat (et faciēs
 mirabilia tu es de⁹ sol⁹) q̄ et
 si alii faciunt: tua uirtute fa-
 ciāt: e p te faciūt. **C**reatur
 p membris **D**educ me dñe)
 .i. meos (in uia) mādatorum
 tuorū q̄ uia iusta ⁊ sancta est
 ⁊ positus in ea: (ingrediar in
 uirtute tua) p̄ficiēdo de uir-
 tute i uirtutē (letetur cor me-
 um) de spe remunerationis:
 semp̄ tñ (timeat nomen tuū)
 timore casto **Q**d si feceris nō
 ero ingratus. qm̄. **C**ōfitebor
 tibi) confessione laudis (i to-
 to corde meo) et glorificabo
 nomē tuū in eternū. **Q**uia
 misericordia tua magna est sup̄ me:
 os q̄ maior dici nō potest (et
 eruiſti aiām meā). .i. meor ex
 infernali dānatione. **C**hri-
 ſtus ex p̄ſone ſerui de paſſio-
 ne loquēs ait. **O** de⁹ iniqui)
 .i. iudei (iſurrexerūt ſup me)
 uolētes me p̄rehēdere et nō
 ſolu; iniqui inferiores: ſed et
 (ſynagoga potētū) iudeorū
 (queſierūt aiām meā) ut me
 interficerēt (et nō p̄ſoluerunt
 te in conſpectu ſuo. .i. obli-
 ti ſunt tui. **I**pli ita. **E**t tu dñe
 de⁹ miſerator q̄ ſingulis cre-
 aturis miām faciēs (miſeri

coris) q̄ ſp̄s p̄ia ē ipſa natura
 diuinitatis (patiēs) q̄ pec-
 catores ſuſtinet et ad uotum
 ſbuerſionis inuitat (et multe-
 mie) et q̄ peccata indulget (et
 uerax) implēdo p̄miſſa. **R**e-
 ſpice in me) hominē (et miſe-
 rere mei) ceſſerrima reſurre-
 ctione ſubueniendo (da) p̄tā-
 tem iudicii michi innocētī ſu-
 per oēm creaturā: et ſaluus
 ſac filius) beate marie q̄ dixit
 ecce ancilla dñi **F**ac mecum
 .i. imple in me (ſignū) ſione p̄-
 phete: ut ſicut ille ſtetit i ven-
 tre ſteti trib⁹ diebus et trib⁹
 noctibus: ſic ego tantū ſum i
 corde terre q̄ reſurrectionis
 ſignus erit (i bonū) q̄ p̄ illud
 declarabitur uirtus tua ſpes
 credentiu; confirmabitur et
 iudei qui me oderunt uiden-
 tes me reſurgere confunden-
 tur intelligentes ſe male egif-
 ſe (Quoniam tu domine ad-
 iuuiſti me) i certamine (et cō-
 ſolatus es me) reſuſcitando
 me a mortuis.

CArgumentum.

Psalmus. lxxxvi. in quo
 monet toto corde aſpirare ad
 eccleſiam hieruſalem.

CIntroduccio.

Propheta i laudē eccleſie

D. i.

prosumpens sub nocte ciuitatis comedat eam primo a fundamentis dicens.



An damentis

ta eius). i. ecclesie (in motibus sanctis). i. prophetis et ap[osto]lis que post xpm q[ui] est principale fundamentu[m]: fundauerunt ecclesiam in fine xpi q[ui] apostoli dicuntur etia[m] motes p[ro]pter altitudinem virtutum. ¶ Secundo commendat ecclesiam a portis. i. sacramentis ecclesie dicens (diligit d[omi]n[us] portas syon). i. ecclesie sacramenta (sup[er] o[mn]ia) figuratiua et ceremonialia cult[us] veteris testi. ¶ Tercio commendat ecclesiam a celebritate fame dicens. Glosa dicta sunt) per prophetas non de illa figuratiua que cecidit: sed (de te ciuitas dei) ¶ Quarto commendat eam a multitudine ciuium cu[m] i[n] persona xpi ait. Nemo ero) n[isi] i[n] populo iudeoru[m] sed o[mn]i gentiu[m] p[er] Raab et babilonis designataru[m] vt euocet ad me et hoc mediatis (sciētibus me) i. ap[osto]lis q[ui]bus p[re]ceptu[m] fuit cunctis g[en]tibus p[re]dicare. Quoru[m] p[re]dicatio[n]e conuerse sunt gentes. Virus). i. (et p[ro]p[ri]is ethio

pu) hor[um] multi fecerunt recepti in ecclesia i[n] xpm credentes: ex q[ui]bus ipsa ciuitas dei est p[re]structa. ¶ Quarto) synagoge poterit hoc glosu[m] p[ro]uaderi (q[uod] ho[m]o natus est i[n] ea) q[ui] saluabit eam (et ipse) idē est q[ui] fundauit eam in p[re]t[er]itu[m] deus q[ui] est altissimus. ¶ Tertio sic p[ro]uaderi potest et tanq[uam] verissimu[m] p[re]dicari q[ui]n. D[omi]n[us] q[ui] m[er]eri nō potest (narravit i[n] scripturis) p[ro]phetar[um] q[ui] creditē tē populo iudeoru[m] q[uod] xps verus deus erat et ver[us] ho[m]o: hoc etia[m] narravit i[n] scripturis ap[osto]loru[m] q[ui] p[ri]ncipes ecclesiaru[m] fuerunt. ¶ Quinto comedat eam p[ro]pheta a b[er]itudine sup[er]nain cōp[re]hensibili ad qua[m] lumen da est post iudicium. ¶ Syon sup[er]na. D[omi]n[us] q[ui] in te habitāt iocundi sunt et vere letantur: q[uia] gaudiu[m] et leticia iuenietur in te vbi felicitas perfecta et iocunditas consummata.

Argumentum.

Psalmus .lxxxvii.

Christus de sua passione ad patrem ait ex persona humanitatis.



Domine deus aucto[r] (salutis mee) id est immu

tatis mee a pctō omī tpe (clamaui corā te) .i. attēte & p̄seuerant. Et q̄ ita clamaui Sit accepta & spectu tuo oꝛo mea) & a te sit exaudita p̄ effectum Dp̄e vt me exaudias. Qm̄ repleta ē aīa malis) .i. doloribus anxietatibus: vñ ip̄e dicit tristis est mea aīa vsq̄ ad mortē (et aīa mea ī inferno appinquit) dū trador ad mortē Estimatusq̄ suz cū descēderētib⁹ in lacū (inferni: putauerūt .n. iud: & mei peccatoꝝ vñū de illis q̄ necessario et iūsti descēdūt ī p̄fūdūt infernū: estimatus sū ē ab eis (sicut hō) simple (sine adiutorio) cuz tñ (inter mortuos) esse (liber a coactione et liber ab oī pctō. Estimatus) ē suz (ab eis) sicut alii (vulnerati dormientes) sōno mortū ī sepulchris quozū non est mēozia ampli⁹) vt ad hōnū resurgāt: ip̄i q̄ talē me existimauerūt repulsi sūt: o de⁹ n̄ p̄tectiōe (tua) q̄ me sū adiutorio tuo eē putauerūt. Voluerūt me) reputatiōe sua (ī lacū inferiori) putauerūt ei meignū (in tenebris et vmbra mortis) .i. ī tenebris obliuionis derelictū quez nemo req̄scret nemo saluaret estima-

uerūt me posuisse. Arbitrati sūt iudei: q̄ Sup me cōfirmatus) eēt (furoꝝ tu⁹) credentes q̄ ex ira tua ad passionis p̄sacula puenissē: & āpl̄iximas indignatiōes tuas putant te indurisse sup me cum me ptuleris crucifigi. Quō autē amici ei⁹ in passione suase habuerunt dicit. Tōge fecisti) eos q̄b⁹ noi⁹ eram. .i. discipulos q̄ me relicto fugerūt (posuerūt) in dei (me abhomiatiōez sibi) ita vt nomē meū nolent audire. Traditus) sum) a proditore discipulo (et nō egrediebar) viditā oñdēdo potētā diuinitatis mee (et oculi me) .i. āpl̄iximati sūt ita vt petrus negaret et alii fugerēt et hoc p̄ inopia veri luminis & ī telligētie sacraz scripturatū q̄ dēcebāt oportere pati xp̄s; et resurgere a mortuis Clamaui ad te dñe) in cruce hely hely &c. sic tradidit p̄m: opationes autē (meas expādi) p̄ caritatē (ad tuā sp̄ referēdo volūtatē) Qñdit q̄b⁹ nō plunt opa sua dicēs. Quñd mortuis) corde et obstinatis ī malo (facies mirabilia) certe non q̄ credere nolunt (aut ueritū suscitabunt) mortuos (et)

D.ñ.

mi (cōfitebūtur tibi) cōfesse
 laudis: certe. Nunquid nar
 rabit aliquis) q̄d in aīa sua
 mortuus p̄ctis iacet (in sepul
 chro) corp̄is sui (mīam tuam)
 qua relaxat̄ p̄ctā: certe nō (et
 veritatē tuā) narrabit q̄ iter
 per ditos cōputat̄. Nunq̄d
 cognoscēt̄ i tenebris mirabi
 lia tua). i. i perōyib⁹ obstina
 tis tenebris ignoz̄tie et cer
 tozū ob tenebratis certe non
 ip̄dite hoc eozū malicia: p̄
 termittētes em̄ deū sapiētie
 lumina pdiderūt (et iusticia
 tua) nō colet̄ p̄ reprobos ho
 mies q̄ iniquitatū suarū meri
 to oblit̄ sūt deū. Et ego ad
 te clamaui) q̄ potēs es mortu
 os resuscitat̄ (mane orō mea
 p̄ueniet te) qz matutina resur
 rextioe me clarificabis. Ut
 qd̄ dñe sp̄ell̄ orōnē meā auer
 tis factē tuā a me) vt trāseat
 calix iste. Ego p̄ tui obedien
 tia a tpe carnis assumeptē.
 Damp̄ sū et i laboribus a iu
 uērtute mea exaltat⁹) in cruce
 (humiliatus) i sepulchro (et
 z̄turbatus) in morte. In me
 trāsiēt̄ afflictioes tue) quas
 tua volūtate non mea culpa
 patior trāsiēt̄ dico nō p̄si
 serūt (et terrores) idignatio

nis tue z̄tra hūanū gen⁹ (cō
 turbauerunt) infirmitatē car
 nis mee: qm̄ ex obediētia tua
 lāguozes eoz̄ tuli et labores
 eozū ego portauī. Circūde
 derunt me) iudei mundania
 grauiū p̄secutionū (circūde
 derunt me sūt) pharisei cū sa
 cerdotib⁹ pylat⁹ cū p̄ncipib⁹
 et popul⁹. Elōgasti a me ami
 cū) cetū aptozū (z̄ p̄imum) q̄
 michi aliquam faceret miserī
 cordiā (et notos meos a mise
 ria) mea: ita vt null⁹ auxiliū
 ferre michi posset.

¶ Regumentum.

¶ Psalmus. lxxxviii. in quo
 monet vt sp̄e nō i nobis s; in
 deo ponamus. ¶ Prop̄eta



¶ Misericordi:

¶ Misericordi:
 Mas dñi in eternū
 cātabo) eas. i. qui
 bus hominē p̄ctō mortuū visi
 tare dignat⁹ est per filius sūi
 misericordias dñi cātabo de
 repatione hūani gñis q̄ etna
 stabilitate z̄sistūt et p̄petuis
 s; celebrāde p̄conis: fecit enī
 mirabilē; hūano gñi pietatē
 vt qd̄ perierat requireret et
 vulnerata sanaret. In gene
 ratione) iudeozū (et in gene
 ratione) gentium (annuncia

Psalmus. lxxviii. f. c. vii.

bo) cōplectionē pmissionum
 suarū (i ore meo) i quo sit cō-
 fessio ad salutem. **C**ātabo se-
 cur' misericordias. **Q**uā tu
 dixisti michi p revelationem
 spiritus sācti q' (i eternū mī
 sericordia edificabit) remīs-
 sio peccatorū edificabitur dū
 corruerit vitia et plantabūt
 virtutes ista misericordia nū
 quam destruitur: sed semper
 viget semper augetur: p apo-
 stolos qui celi dicūtur (veri-
 tas tua) p'edicabitur et ex-
 ponetur. **I**tem dixisti. **D**is-
 posui) ordinauit pactum nō
 cum omnibus: sed (cū electis
 meis) euangelicis vt acqui-
 sitos p gratia dei populos vt
 doceant vel in forment (iura-
 ui) christo qui ex semine da-
 uid carnem assumpsit (vltq' i
 eternam p'parabo semē tu-
 um) imitatores tue iusticie:
 p'parabo ad eternam i semp-
 mansurā felicitatem. **E**t cō-
 t'nuabo regnū tuum) quo re-
 gnas i populo fidelisū) in om-
 nem generationem futuram
Et sicut dixisti complebitur:
 vñ. **C**onfitebuntur celi). i.
 apostoli (mirabilia tua) que
 p'parasti in redemptionem
 humani generis sanādo om-

nes infirmos (et veritatem
 tuam). i. adimpletionem pro-
 missionū tuarū (in ecclesia sā-
 ctorum) in q' sola sacramen-
 ta fidei p'phetarū archana
 cum deuotione suscipiuntur
 et eorum veritas amatur et
 colitur. **S**ecurus te laudabo
Quoniam quis in) p'phetis
 qui nubes dicūtur aut de nu-
 mero aliorum sanctorū (equa-
 bitur) in potentia (dñō) nul-
 lus autem (similis erit domi-
 no) in substantia (i filiis dei)
 s. in angelis et aliis sāctis vi-
 ris qui sunt filii dei per ado-
 ptionem nullus p'fectio vñ
 genito filio dei p' vult p' cāli-
 tatem assimilari: quoniam il-
 le in oib' ad p'fectionem p'ti-
 nētib' in infinitū excellētiō
 est vñuersis. **V**ere null' q'
 bitur dñō quoniā ipse ē. **D**e-
 us) qui cum p'ce et spū sācto
 (glorificatur) a (sāctō) ange-
 lōy collegio (magnus) potē-
 tia cuius magnitudinis nō est
 finis (terribilis). i. metuēd'
 p'pter iudiciū quod factur'
 est: ipse dico existens (super
 oēs) qui i circuitu eius ei as-
 sistūt excellus: et reuerēdus
 per quem oēs cognoscuntur
 eē gloriofi: vñ scētur. **D**ñe

D.iii.

Psalmus. lxxxviii.

deus virtutū celestium: quōs si-
 milis tui) nullas virtutū tuarū.
 (potēs es) ex te solo: nec ali-
 quōs hēt potētiā nisi p̄ te: et cla-
 ritas tue lucis expēsa est sup̄
 oēs qui (in circuitu tuo) sunt
 quō oēs tua veritate illumināt̄.
 Vere tu es potēs: quia. Tu do-
 minaris potēti maris. et non
 tēm̄ ad littoras: sed etiā dñaris
 potēti huius seculi quō dñe ma-
 re: et p̄cellas seditionū: et p̄se-
 cutionū quōb̄ sciuūt i seruos
 tuos (tu mitigas) ne tēm̄ pos-
 sit grassari quātū volūt: licet
 nō prius sp̄ auferas: sed re-
 linquas pro parte ad seruorū
 p̄bationem. In hoc ē appa-
 ret tua potētiā deo. Humi-
 liasti) deiecisti de celo in hanc
 aeris densissimā grassitatem
 dyabolus quō singularit̄ sup̄b̄
 est (sicut vulneratū) vulnera-
 tus quōdes fuit quō splēdoze di-
 gnitatis qua p̄us nituit p̄ua-
 tus de celo corruit: et hoc (in
 brachio virtutis tue) in quo
 disp̄si sūt iudei i oēs gentes.
 Vñ aūt hec oīa facere potu-
 isti: quōm̄ tui sūt celi et tua est
 terra) vniuersa (orb̄ terre et
 plenitudinē eius tu fundasti
 aquilonē et mare tu creasti)
 per aquilonem qui frigidus

ventus est intelligitur dyab-
 olus duz dixit: ponā sedem
 meā ab aquilonē: et ero simi-
 lis altissimo et p̄ mare iiquas
 potētes quō extra dñi mādata sa-
 crilegis voluntatibus erigūt̄.
 Et quia potēs es. Tabor et
 hermō) quō sunt mōtes syrie. i.
 duo populi resignati per eos
 s. ppl̄s iudeorū ad quos p̄io
 venit lumē diuine cognitōis
 quō interpretat̄ tabor: ppl̄s gēt-
 um quō p̄io erāt i anathemate
 quō interpretatur hermon: erant
 alieni: et separati a te cōuersi
 ad te (exultabūt in noīe tuo)
 gaudentes quō ab eo dicuntur
 xp̄iani: quia (tuū brachium) quo
 hūiliasti sup̄bū est (cū poten-
 tia) semper est et erit. Quare
 oro. A se me manū tua) extra
 superbos (et exalte) dextera
 maiestatis tue ad hūiliandū
 eos. Et comendās xp̄m a
 (iusticia) dicit sedes tua ap-
 parebit in iudicio parata ad
 faciendum (iusticiam et iudi-
 cium) ad iuste indicandum
 cum manifeste separabūtur
 oues ab hēdis. Verumtamē
 anteq̄ facias iudiciū. Prece-
 dent faciem tuam mīa) qua
 deles peccata (et veritas) qua
 implet promissa (beatus po-

pulus q̄) oēs immēsa leticias
 suā nō in ppriis virib⁹ sed in
 dei cognoscit̄ posuisse virtu-
 te. Bñ beatus ē qm̄ tales am-
 balabūt in illuminatione si-
 lli tui: q̄ tuus dē vult⁹: qz per
 eū ipse cognosceris (et exulta-
 bñt) assidue xp̄iano noie (ex-
 altabūtur ī tua iusticia) qm̄
 obtinebūt regnū celeste p iu-
 sticiā quā tu eis dedisti. Be-
 ne dē (in iusticia tua exalta-
 bunt). Qm̄ gloria virtutis
 tu es (i. tibi nō sibi virtutem
 suā ascribūt et te ide reputāt
 gloriosū: bñ tibi dicūt (in bñ
 placito) filio (tuo) sup quem
 bñ tibi placuit (exaltabit. i.
 excreset fortitudo et virtus
 n̄ra) Et hoc idē Qz dñs assū-
 p̄sit carnē n̄ram dñs. s. q̄ san-
 crificator est (israel) et rex n̄
 in eternū. Nñ scis hec predi-
 cta: qz. Tūc (tp̄is assumpte
 carnis (locut⁹) ē p reuelatio-
 nā) sanctis tuis) sicut zacharie
 et symeoni et anne pphetis
 se cōsolationē israel (et dixi-
 sti posui adiutoriu) hominū
 sup filiū (potētem) cui⁹ potē-
 tia est insuperabilis quez tu
 is fidelibus adiutorium con-
 stituisi: et ipsum natū (d̄ ple-
 be mea) iudica (exaltavi) vs

qz ad dexteram meam suble-
 mado. Dixisti etiā hoc. In-
 ueni) elegi christum de semine
 (dauid) natum manu forte-
 tem (seruū) obedientem in q̄
 salutem humani generis pa-
 ficerem: et ideo (oleo sancto)
 i. spiritu sancto (uncti euz) Nō
 potens quia. Verbum) diu-
 nus humanitati vnitū) auri-
 liabitur) et consolabitur xp̄o
 homini in omnibus operib⁹
 suis: et passionibus: et idē ver-
 bū confirmavit eum contra
 aduersa vt quāto pro salute
 mundi plus redemptor suste-
 perat: propositaz perageret
 passionem. Quousqz confir-
 mabit: q. Nichil proficet)
 dyabolus proternus huma-
 nitatis (inimicus) contra eū
 (et filius iniquitatis) iudas. s.
 (nō) valebit (nocere ei) qz: lis-
 cet iudas nocere ei presump-
 rit: nullus tñ eozū peccatum
 qd̄ iuste accusare potuisset i-
 uenit in eo. (Et) ideo. Mōci-
 dam a facie ipsius inimicos
 eius). s. iudeos q̄ sepe a dño
 cōfusi discedebāt a cōspectu
 dei (et) dyabulos (odiētes eū
 in fugā cōuertam) q̄ coram
 eo sepe fugiebant clamātes
 cur venisti ante ips̄s torquent⁹
 D. iiii.

re nos. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso) nichil enim diuturnum est inter patrem et filium: virtutes enim quas habet pater habet et filius. Veritas enim pertinet ad iudicium quo iudicaturus est mundum: misericordia ad pietatem qua peccata dimittit (et in nomine meo) quod est deus (exaltabitur) fortitudo (eius). Et ponam in gentibus que per mare significantur preteritum et dominationem eius in universo orbe dilatabo: et in principibus: quorum cura fluit in populum sicut flumina in mare: potentiam eius: quod tunc posuit quasi ei plures principes reges terre et imperatores per fidem subdidit. Et hoc idem quod. Ipse inuocauit me) dicens (pater meus es tu) secundum quod deus (et deus meus) secundum quod homo (et susceptorum) melius ad salutem. Ipse inuocauit me pater meus es tu et ego primogenitum) constitutum (illum excelsus pro regibus terre) quia ipse rex regum et dominus dominationum. Quia preterita data christo non est temporalis subdit. In eternum seruaabo illi misericordiam meam) gratiam meam nichil reuocando ex his que dedi: et fideliter adimplebo in eo cuncta que illi promisi. Et ponam in seculum seculorum semine eius)

spirituale populum. C. christiani qui filium imitantur quod spiritus durabit (et thronum). i. potestate iudiciarie (sicut dies: celi). i. perpetua et immortalis. Et hoc dicit. Si autem) illi quod dominus est filius eius. i. christi (deseruerit). i. nulla ratione voluerit suscipere legem meam: et si illi quod debet esse (filii non ambulant in viuis (meis)). Si iusticias meas profanauerint) aliquid errore aut mendacio (et mandata mea non custodierit) Non exterminabo eos totaliter) veredo austeritate iudicis: sed) Visitabo in virga) aliquid afflictione temporalis zelo paterne correctionis (iniquitates eorum et in) verberibus peccata eorum) ut corrigam: et erudiam) et conuertatur. Misericordia autem meam non dissipabo ab eo). C. christo nec meritis eius peniteant peccatores: et nullus desperet: (nec nocebo in veritate mea) quia nolo mortem peccatoris: sed ut conuertatur: et viuat. Non noceo) nec etiam (profanabo) non violabo pactum meum quod pepigi cum patribus antiquis nec promissiones meas: sed rerum fide honorabiles faciem) (et quod) locutus sum per prophetas meos: quia sunt labia mea

(non faciã terita) sed imple-
bo) Nō faciã terita) q̄ iocut⁹
sū: qm̄. Immutabiliter iura
ui in) me (sãcto) et non meti-
ar xp̄o ei⁹ p̄p̄tus xp̄ianus (in
eternū manebit) Et thron⁹
eius). i. p̄p̄s fidelis in quo i
sudet d̄scit et iudicat q̄tum
ad aīas: erit (sicut sol) i q̄tū
ad corpora post resurrectio-
nē erit (sicut luna p̄fecta) to-
ta laetida nullā obscuritatez
hñs: et hui⁹ glorie sãctorū (te-
stis fidelis est) ipse xp̄s (in ce-
lo) cuius caro resurrexit glo-
riosa: cui⁹ glorie claritati cō-
formes futuri sunt oēs sãcti
¶ Vox ap̄toꝝ ad patrē q̄tū
exprobratiū ei. Tu) q̄ p̄mit-
tebas et cōfirmabas iuramē-
to q̄ promisiisti ista fecisti: qd̄
hoc ē? iurasti semē xp̄i ieter-
nū duratur⁹ i nūc (repulisti)
i. videri repulisse vsq̄ ad pa-
tibilū (xp̄m tuū) et despectū
dedisti: et distulisti eū a glia
tradēdo inimicis: et sic v̄ qd̄
pmisiisti nō in illo implēdum
¶ Auertisti). i. videris auer-
tisse pactū (serui tui) p̄ qd̄ p̄-
miseras nos sc̄ti regnare p̄
phanasse etiã videris sãctua-
riū tuū: p̄miseras enī q̄ nō
daces. sc̄tū tuū videri corru-

ptionē: et iã sepulchro tegit.
Destruisse) etiã videri (om-
nes sepes ei⁹) verba legis et
p̄phetarū quibus munerat
eū (posuisti) nos ap̄tos q̄ euz
eo ambulabam⁹ cū doceret
turbas (formidīnē) ita vt in
sua captione iugerem⁹ ab eo
¶ Dierupuerūt eū oēs trãse-
tes viã fact⁹ ē opprobriū vs-
cū suis) iudeis ac p̄ncipi-
bus sacerdotū q̄ dicebāt vah
qui destruis tēplū dei. Et al-
tasti dexterā) potētia (depre-
mentū eū) et in hac (letifica-
ti oēs inimicos ei⁹) i mēbro-
rū ei⁹. ¶ Auertisse) etiã videri
ris (adiutorium gladii) sp̄s
(eius) qz nō p̄fecit in iudeis
sermo p̄dicatiōis ei⁹ (et nō es
ei auxiliatus) in cōflictu pas-
sionis. Destruisti eum ab
emūdatiōe) qz v̄ nichil p̄fu-
isse passis eius: vñ p̄pter ista
multi nō receperūt fidē eius
et aliqui a fide recepta cecid-
erūt q̄ tñ purificāt et emē-
dant corda credētū: i illos
in quib⁹ ipse xp̄s sedere et de-
scere videbatur (coluisti) ad
terrā i oblitu ei⁹. ¶ Minorasti
dies t̄pis ei⁹) qz cito de vita
abstulisti (et p̄fudisti eū cōsu-
tiōe) mortis. ¶ Vox ecclesie

Psalmus. lxxxix.

succedētis apl'is **U**quequo
dñe auerſa oculos tuos a sa-
lute xp̄i: nunquā (vsq; i finē) et
exardescet sic ignis) ira tua
nō dñe: s; poti⁹. **M**emorare)
q; nulla est vitæ mee) substan-
tia) nisi in eū quē p̄stoloꝝ re-
pertū d̄ morte (nūquā vane). i.
frustra (constituisti filios ho-
minū) certe. n̄ s; spe resurre-
ctiōis: et sup̄ne beatitudinis
collocasti q̄o ergo magis fi-
liū tuū resuscitare debes. **N**ō
dico tibi memorare qm̄ ali⁹
nō est qui adiuuare poss;: nā
Quis est hō qui viuit et nō
experiet (mortē) et eruet ani-
mā suā de) potestate (inferi)
certe nemo: nisi ille sol⁹ q; h;̄
vitæ mortisq; iperitū. **P**ro-
pheta. **U**bi sūt mie tue anti-
que domine) patribus olim
facte: misericordie dico cōplē-
de (sicut iurasti dauid i veri-
tate tua) sicut q; semic̄ ei⁹) fē-
nū manebit si xp̄s non resu-
scitat. **N**ō differas ergo do-
mine resurrectionē christi et
Memor esto opprobrii) illa-
ti seruis tuis ab infidelib; mul-
tarum gentium exprobrian-
tibus q; in mortuum homi-
nē: et crucifixū) crederent (qd̄
continui) patiente in men-

te mea sine murmuratione,
Opprobrii: **Q**d exprobria-
uerūt tibi inimici tui). i. iudei
et pagani memor esto ad hoc
q; ipunitum nō derelinquas
hoc (exprobriauerāt q; impu-
tabāt s; delib; tuis) cōmuta-
tionē xp̄i) s; q; hoīnes solum
adorabant hoīez crucifixū: et
hoīem qui omnino perisset.

Sed p̄pheta iquit expro-
briatio ista tēporal' ē et hoīm
insipiētū: sed. **D**ñs) est (i et
nū benedictus) quod omnes
sancti clamant: et confirmant
dicentes: amen amen.

Argumentum.

Psalm⁹. lxxxix. in quo in-
net ad contemptū veteris et
ad amorem noue vitæ.

Introductio.

Prophā i p̄sona ecclesie.

Domine re-
fugium factus es
nobis ad quem in
omni periculo inter angusti-
as et pressuras huius seculi)
fugentes securitates inueni-
mus et hoc (a generatione)
prima iustoz vsq; ad nouissi-
mā. Et s; ex tpe factus sis
nobis refugium: tamen pri-
mus es. **A**nteq; mōtes sic

rent) .i. angelice creature aut terra) quā videm⁹ (formam et orbis) .i. ipsū firmamentū cū oibus q̄ cōtinēt ab eterno ⁊ eternū sēp vere (es) ⁊ immutabilis Dñe cū sis refugium De) picias (hōiem in) huius mūdi cōcupiscētiā : et ābitiō nē terrenorū que apud te dominū abiecta sūt: et zēptibiliā: s; subleuet eū tua mīa: tu enī (dixisti) p̄ ora pphāz (conuertimini filii hōis) ad me et ego sanabo z tritiones v̄as Opus est dñe ad te conuertī cum nō sit cōfidēdū in longa vita. Qm̄) oē t̄pus q̄tūcūq; longū eternitati tue cōparatus nichil est: vñ seq̄tur. Et) sicut (custodia) .i. vigilia (in nocte) triū aut quattuor horarū sic sūt (anni) n̄ri q̄ apud deum nullius momēti reputantur. Luat hō quod meruit. q. Sicut herba) mutatus a qualitate quā h; in nocte i deteriorē (mane) orto sole ita mutatur hō i deterī vñ (mane) .i. infāntia cito transit ad aliam qualitatez. Itē q̄ mane) .i. in iuuentute (floreat) q̄ (vespere decidat) per mortez q̄ induretur : in cadauer (et areseat) ipulueram. **C** Pro

phā assignat eām hui⁹ defectū dicēs. In hūc defectū palibilitatis : ⁊ mortalitatis cecidim⁹. Quia subicimur reſtue) vindicte tue quaz nobis illuxi. Si p peccato primozum parētaz i cui⁹ snie executōez cum recordamur (turbati sum⁹) mortis timore (Defecim⁹) iuste q̄dē: qz peccauimus et tu. Posuisti iniquitates nostras) vitā n̄am p̄uā i conspectu tuo) ad puniēdū (lectulū) .i. tot⁹ decur⁹ vite n̄e tot⁹ p̄ oculis tuis: nec te p̄t lateat. Bñ dico q̄ (posuisti iniquitates n̄as i conspectu tuo). Qm̄) oēs dies n̄ri abbreviati sūt: et q̄si (defecerūt) qz ad paucitātē redacti sūt p̄ peccatus (⁊) ita (i ira tua) vitā n̄a abbreviata est plena miseria: ⁊ laboribus defecit. Ecce quō defecit: qz hōies viuētes i annis n̄ris reputabunt̄ ianess inutiles Sicut aranea) qz sicut illa mane ⁊ vile facit op⁹ vt vilē capiat p̄dā. s. muscā: ⁊ i hoc totā se euiscerat : sicut hōies inania faciunt et multos labores cōsumūt ad hoc q̄ adispicantur ista tempora lia honores diuitias q̄ i ania sunt ⁊ caduca cito trāscētia

Psalmus. lxxxix

et in hoc viscera sua cōsumūe
 qz aliqui corpus & aiā pdūt
 (et dies) hoīs ita breues sūt
 vt de cōi cursu computāt (in
 eis, lxxx.) Si aut in bh cōple-
 xionā q̄ vires & (potentati-
 b⁹) corpis habuerint bonos
 (lxxx. anni) cōueniēti statu
 cōpleti fuerint (si ampli⁹) vi-
 xerit (laboz et dolo) cū sene-
 ctus sit ipse mox⁹: & q̄bā lā-
 guoz bh seqt. Qm̄ supuenit
 debilitas: & nāe grauitas q̄
 ex mīa dei nobis euenit: tu
 vt nō diu labozem⁹ i firmi-
 tū et doloib⁹: tñ vt (cozi-
 piemur) ab insolentiis nēis
 abstinētes. Quis nouit) q̄s
 intelligere pōt efficacīā (re-
 tue) quā exerces i his q̄b⁹. n.
 parcis (et irā tuā) distinguere
 qz his parit ad penam: hos
 punit ad salutē et hoc nō pō-
 sum⁹ distinguere (p̄ timore)
 horroze ei pcutimue loq̄ndo
 de ira tua. Propheta orans
 p̄ liberatiōe ait ad patrē. Fi-
 liū tuū p̄ quē liberationē hu-
 mani gñis plicet disposuisti
 (Sic notū fac) vt ei⁹ exēplo
 et doctrina discāt tui magis
 appetere celestia q̄ terrena:
 eterna quā caduca (et) sic fac
 notos aplos tuos (eruditos

corde: et sapientia celesti) per
 quos toti orbi notū factas fi-
 liū tuū: (O dñe) q̄ videris fa-
 ciem tuam auertere a nobis
 Convertere) aliquātulū o-
 culos mie tue: nos respicien-
 do: et mitigādo tribulationē
 nram (& deprecabilis esto su-
 per seruos tuos) p̄ces eoz ex-
 audiēdo. (Propheta osten-
 dēs se exauditū quo ad itatū
 suū ait. Replebuntur in
 eternitate mīa tua) exultabi-
 mus in laude tua: et delecta-
 bitur oibus dieb⁹ n̄is in te
 summa dulcedo in eternum
 Quātū ad statum p̄ntē dixit
 Letati sum⁹ in dieb⁹) mali-
 gnis (q̄bus nos hñiliasti) qz
 dedisti nobis potētīā: et leti-
 ciā in tribulatiōe (& in annis
 q̄bus) experti sum⁹ āgustias
 et aduersitates. Propheta
 orās vt deus parcat in deis
 peccātib⁹ et si non p̄ meritis
 saltē p̄pter opa q̄ in eis fecit
 ait. Respice i seruos tuos)
 tui ei sunt i3 peccatores (et in
 opa tua) q̄ fecisti in eis (et di-
 rige filios eoz) vt si ipsi p̄-
 pter inq̄tatē suaz disp̄si sunt
 saltē filii in fine querli adve-
 niā puenire mereant. Et sit
 splendor) ḡe (dñi n̄i super

nos) mentes nras illuminans
(et opera manu nra) diri-
ge sup nos) vt celescat et diri-
gant ad celestia (et opus ma-
nu nra) ad vnu finē q̄ de-
est (dirige). Argumentum.

Psalms. xc. in quo mo-
net exemplo sp̄i tentationes
superare. **I**ntroductio.
Vox Prophete.



Qui habitat i
adiutorio altissi-
mi) totam sp̄e su-
am ponēs in eo q̄ altissimus
est: pteget i oib⁹ ab eo: vt nec
illecebra male blādiētis vo-
luptatis capiat: nec timore
aduersitatis frāgat. **N**icet
deo) vte deuot⁹ recognoscēs
ptectiōis hñficiū (susceptoꝝ
mei) i firmi ad curādū (es tu:
et refugiū meū) fugientis a
facie inimicoꝝ meoꝝ et sēp
qz (de me) ē (spabo in eū) qz
nūq̄ i aliquo de me psumam
sed semp ad eū i oī necessita-
te recurrā. **E**t hoc merito
sp̄abo. **Q**uā ipse liberauit
